



BOLETIN ECLESIASTICO
DEL

Obispado de Astorga

SUMARIO: I. Concurso a curatos: cuartas propuestas.—II. Circular de Secretaría de Cámara.—III. Delegación de Capellanías: edicto.—IV. Codicis Iuris Canonici Canones.—V. Collationes in mensem octobris.—VI. Necrología VII. Lliga del Bon Mot.

CONCURSO DE 1915

Aprobación de las cuartas propuestas.

El Excmo. Sr. Ministro de Gracia y Justicia con fecha 17 de agosto de 1918 Nos dice lo siguiente:

«Excmo. Señor: S. M. el Rey (q. D. g.) se ha dignado prestar su soberana aprobación a las cuartas propuestas elevadas por V. I. para la provisión de los curatos vacantes en esa Diócesis, que tan dignamente gobierna, y nombrar a los Sacerdotes que ocupan el primer lugar de las ternas en la forma siguiente:

Curatos de ascenso: Para el de San Pelayo de Morales de Rey, a D. José Gallego Vega; para el de Santo Tomás de Otero de Sanabria, a D. José María San Román San Román; para el de San Andrés de Pobladura de Yuso, a D. Ismael Ramos Merino; para el de Santa Marina de Seadur, a D. José López Rodrí-

guez; para el de Santa María de Valdespino de Somoza, a D. José Pérez Anta.

Curatos de entrada: Para el de San Martín de Alto-bar, a D. Egidio Junquera Furones; para el de San Juan de Audanzas, a D. Juan M. Figuera Fernández; para el de Santa Marina de Barcial del Barco, a D. Emeterio Prieto Ferreras; para el de Santa Catalina de Campelo, a D. Agustín Martínez Castro; para el de Santa María de Casayo, a D. Juan Barrio Saavedra; para el de San Salvador de Cobas, a D. Domingo García Domínguez; para el de Santa Eulalia de Grajal de la Rivera, a D. Maximiliano Bailez Lobo; para el de San Esteban de Paradasolana, a D. Honorino Barrio Franco; para el de Santa Cruz de Quintanilla del Valle, a D. Quintiliano Pérez Valcarce.

Curatos rurales de primera: Para el de la Magdalena de Bárcena del Río, a D. Fermín Díez Díez; para el de Santa María de Boeza, a D. Faustino Rojo del Palacio; para el de la Purísima Concepción de Cabeza de Campo, a D. Salvador Alvarez Díaz; para el de San Bartolomé de Campo del Agua, a D. Dámaso Santos Vega; para el de San Martín de Casteligo, a D. Pedro Villar Vázquez; para el de Santa María Magdalena de Castrillo de las Piedras, a D. Juan Francisco Ares Navedo; para el de Santa María de Fasgar, a D. Anastasio Iglesias Vega; para el de San Mamed de Quintela de Humoso, a D. José Carbajo Sánchez; para el de Santa María de Rosales, a D. Isaías Ramos Carbajo; para el de San Lorenzo de San Lorenzo y Prado, a D. Francisco Mayo Blanco; para el de San Pedro de San Pedro de Montes, a D. José Regueras Morán; para el de Santa Cruz de Santa Cruz de Montes o Santa Cruz de Santi-báñez, a D. Magín Alonso Pérez; para el de San Lorenzo de Sever, a D. Miguel Hidalgo López; para el de San

Vicente de Villaseco de la Sierra, a D. Félix Lorenzo Cobrero; para el de San Blas de Villaverde de la Abadía, a D. Domingo Pérez Calvo; para el de San Vicente de Granja de San Vicente, a D. Miguel Campano Alvarez.

Curatos rurales de segunda: Para el de San Martín de Baillo, a D. Angel Batalla Santos; para el de la Magdalena de Castropepe, a D. José Rodríguez Blanco; para el de San Martín de Magaz de Cepeda, a D. Manuel Charro Rubio; para el de San Martín de Otero de Sariegos, a D. Felipe Villar Blanco; para el de San Justo de San Justo de Sanabria, a D. José Antonio Pérez Vega; para el de San Martín de Vegas de Camba, a D. Manuel Bruña Bruña; para el de San Esteban de Villar del Monte, a D. José García Chimento; para el de San Lorenzo de Villarmiel, a D. Benigno Carbayo Mayo.

De Real orden lo digo a V. I. para su conocimiento y satisfacción de los interesados, a quienes se expedirá por este Ministerio las correspondientes Reales Cédulas. Dios guarde a V. I. muchos años. —Madrid 17 de agosto de 1918.

Sr. Obispo de Astorga».

En su consecuencia hemos dispuesto que la referida Real Orden se publique en este BOLETÍN para conocimiento de los señores interesados en las propuestas aprobadas por S. M.

Astorga 21 de agosto de 1918.

† ANTONIO, OBISPO DE ASTORGA.

Secretaría de Cámara y Gobierno.

CIRCULAR.

De orden de S. S. Ilmo. el Obispo, mi Señor, se recuerda a los señores Curas párrocos, ecónomos y de-

más encargados de iglesia la obligación que tienen de rezar el Santo Rosario en la forma prescrita por Su Santidad León XIII, de feliz memoria, durante el mes de Octubre; y a fin de que estimulen más a los fieles a practicar tan santa devoción, se ha dignado facultar para exponer solemnemente el Santísimo Sacramento los días festivos, y concede cincuenta días de indulgencia a todos los fieles que a ella asistan.

Astorga 15 de Septiembre de 1918.

Ricardo García,
Vicesecretario.

.....
EDICTO.

D. Perfecto González Alonso, Lic. en S. T., Canónigo de la S. A. I. C. de Astorga y Delegado general de Capellanías y demás Fundaciones pías de esta diócesis

Hago saber: que habiendo acudido a esta Delegación el Excmo. Sr. D. José Cotoner Allendesalazar, Conde de Tendilla y de Sallent, como legítimo representante de su esposa, la Excma. Sra. D.^a María del Carmen de las Asturias Bohorques, Marquesa de Mondéjar, solicitando la conmutación de rentas y adjudicación como libres de los bienes que forman la dotación de la Capellanía colativa familiar fundada en la iglesia parroquial de Bretó, partido judicial de Benavente, con la advocación de *Nuestra Señora*, por el presbítero don Miguel de la Cruz, párroco que fué de Bretó, y en su nombre, por don Bernardino García de Villagómez, de quien la Excma. Sra. Marquesa de Mondéjar descien- de, el cual fué su primer patrono; he acordado por decreto de este día publicar el presente *Edicto*, por el que se cita, llama y emplaza a cuantos se crean con derecho al patronato activo o estén interesados en el pasivo

de la misma Capellanía, a fin de que dentro del término de *treinta* días, contados desde la inserción de este edicto en el BOLETÍN ECLESIAÍSTICO de esta diócesis, comparezcan en esta Delegación a hacer uso de su derecho y presentar los documentos necesarios para justificarlo; bajo apercibimiento de que, si no lo verifican se procederá a determinar lo que corresponda, pasándoles el perjuicio a que haya lugar.

Dado en Astorga, a 13 de Septiembre de 1918.

Lic. Perfecto González Alonso.

Por mandado de S. S.

Cancio E. Gutiérrez,

Srio.

CODICIS IURIS CANONICI CANONES

LIBER TERTIUS.—TITULUS VII.

DE MATRIMONIO

CAPUT VI.

De forma celebrationis matrimonii.

CAN. 1094.—Ea tantum matrimonia valida sunt quae contrahuntur coram parrocho, vel loci Ordinario, vel sacerdote ab alterutro delegato et duobus saltem testibus, secundum tamen regulas expresas in canonicis qui sequuntur, et salvis exceptionibus de quibus in can. 1098, 1099.

CAN. 1095.—§ 1. Parochus et loci Ordinarius valide matrimonio assistunt:

1.º A die tantummodo adeptae canonicae possessionis beneficii ad normam can. 334, § 3, 1444, § 1, vel initi officii, nisi per sententiam fuerint excommunicati vel interdicti vel suspensi ab officio aut tales declarati;

2.º Intra fines dumtaxat sui territorii; in quo ma-

trimoniis nedum suorum subditorum, sed etiam non subditorum valide assistunt;

3.° Dummodo neque vi neque metu gravi constricti requirant excipiantque contrahentium consensum.

§ 2. Parochus et loci Ordinarius qui matrimonio possunt valide assistere, possunt quoque alii sacerdoti licentiam dare ut intra fines sui territorii matrimonio valide assistat.

CAN. 1096.—§ 1. Licentia assistendi matrimonio concessa ad normam can. 1095, § 2, dari expresse debet sacerdoti determinato ad matrimonium determinatum, exclusis quibuslibet delegationibus generalibus, nisi agatur de vicariis cooperatoribus pro parochia cui addicti sunt; secus irrita est.

§ 2. Parochus vel loci Ordinarius licentiam ne concedat, nisi expletis omnibus quae ius constituit pro libertate status comprobanda.

CAN. 1097.—§ 1. Parochus autem vel loci Ordinarius matrimonio licite assistunt:

1.° Constito sibi legitime de libero statu contrahentium ad normam iuris;

2.° Constito insuper de domicilio vel quasi-domicilio vel menstrua commoratione aut, si de vago agatur, actuali commoratione alterutrius contrahentis in loco matrimonii;

3.° Habita, si conditiones deficiant de quibus n. 2, licentia parochi vel Ordinarii domicilii vel quasi-domicilii aut menstruae commorationis alterutrius contrahentis, nisi vel de vagis actu itinerantibus res sit, qui nullibi commorationis sedem habent, vel gravis necessitas intercedat quae a licentia petenda excuset.

§ 2. In quolibet casu pro regula habeatur ut matrimonium coram sponsae parochi celebretur, nisi iusta

causa excuset; matrimonia autem catholicorum mixti ritus, nisi aliud particulari iure cautum sit, in ritu viri et coram eiusdem parrocho sunt celebranda.

§ 3. Parochus qui sine licentia iure requisita matrimonio assistit, emolumenta stolae non facit sua, eaque proprio contrahentium parrocho remittat.

CAN. 1098.—Si haberi vel adiri nequeat sine gravi incommodo parochus vel Ordinarius vel sacerdos delegatus qui matrimonio assistant ad normam canonum 1095, 1096:

1.º In mortis periculo validum et licitum est matrimonium contractum coram solis testibus; et etiam extra mortis periculum, dummodo prudenter praevideatur eam rerum conditionem esse per mensem duraturam;

2.º In utroque casu, si praesto sit alius sacerdos qui adesse possit, vocari et, una cum testibus, matrimonio assistere debet, salva coniugii validitate coram solis testibus.

CAN. 1099.—§ 1. Ad statutam superius formam servandam tenentur:

1.º Omnes in catholica Ecclesia baptizati et ad eam ex haeresi aut schismate conversi, licet sive hi sive illi ab eadem postea defecerint, quoties inter se matrimonium ineunt;

2.º Idem, de quibus supra, si cum acatholicis sive baptizatis sive non baptizatis etiam post obtentam dispensationem ab impedimento mixtae religionis vel disparitatis cultus matrimonium contrahant;

3.º Orientales, si cum latinis contrahant hac forma adstrictis.

§ 2. Firmo autem praescripto § 1, n. 1, acatholici sive baptizati sive non baptizati, si inter se contrahant, nullibi tenentur ad catholicam matrimonii formam servandam; item ab acatholicis nati, etsi in Ecclesia

catholica baptizati, qui ab infantili aetate in haeresi vel schismate aut infidelitate vel sine ulla religione adoleverunt, quoties cum parte acatholica contraxerint.

CAN. 1100.—Extra casum necessitatis, in matrimonii celebratione serventur ritus in libris ritualibus ab Ecclesia probatis praescripti aut laudabilibus consuetudinibus recepti.

CAN. 1101.—§ 1. Parochus curet ut sponsi benedictionem sollemnem accipiant, quae dari eis potest etiam postquam diu vixerint in matrimonio, sed solum in Missa, servata speciali rubrica et excepto tempore feriato.

§ 2. Sollemnem benedictionem ille tantum sacerdos per se ipse vel per alium dare potest, qui valide et licite matrimonio potest assistere.

CAN. 1102.—§ 1. In matrimoniis inter partem catholicam et partem acatholicam interrogationes de consensu fieri debent secundum praescriptum can. 1095, § 1, n. 3.

§ 2. Sed omnes sacri ritus prohibentur; quod si ex hac prohibitione graviora mala praevideantur, Ordinarius potest aliquam ex consuetis ecclesiasticis caeremoniis, exclusa semper Missae celebratione, permittere.

CAN. 1103.—§ 1. Celebrato matrimonio, parochus vel qui eius vices gerit, quamprimum describat in libro matrimoniorum nomina coniugum ac testium, locum et diem celebrati matrimonii atque alia secundum modum in libris ritualibus et a proprio Ordinario praescriptum; idque licet alius sacerdos vel a se vel ab Ordinario delegatus matrimonio adstiterit.

§ 2. Praeterea, ad normam can. 470, § 2, parochus in libro quoque baptizatorum adnotet coniugem tali die in sua paroecia matrimonium contraxisse. Quod

si coniux alibi baptizatus fuerit, matrimonii parochus notitiam initi contractus ad parochum baptismi sive per se sive per Curiam episcopalem transmittat, ut matrimonium in baptizatorum librum referatur.

§3. Quoties matrimonium ad normam can. 1098 contrahitur, sacerdos, si eidem adstiterit, secus testes tenentur in solidum cum contrahentibus curare ut initum coniugium in praescriptis libris quamprimum adnotetur.

CAPUT VII.

De matrimonio conscientiae.

CAN. 1104.—Non nisi ex gravissima et urgentissima causa et ab ipso loci Ordinario, excluso Vicario Generali sine speciali mandato, permitti potest ut *matrimonium conscientiae* ineatur, idest matrimonium celebretur omissis denuntiationibus et secreto, ad normam canonum qui sequuntur.

CAN. 1105.—Permissio celebrationis matrimonii conscientiae secumfert promissionem et gravem obligationem secreti servandi ex parte sacerdotis assistentis, testium, Ordinarii eiusque successorum, et etiam alterius coniugis, altero non consentiente divulgationi.

CAN. 1106.—Huius promissionis obligatio ex parte Ordinarii non extenditur ad casum quo vel aliquod scandalum aut gravis erga matrimonii sanctitatem iniuria ex secreti observantia immineat, vel parentes non curent filios ex tali matrimonio susceptos baptizari aut eos baptizandos curent falsis expressis nominibus, quin interim Ordinario intra triginta dies notitiam prolis susceptae et baptizatae cum sincera indicatione parentum praebeant, vel christianam filiorum educationem negligant.

CAN. 1107. — Matrimonium conscientiae non est adnotandum in consueto matrimoniorum ac baptizatorum libro, sed in peculiari libro servando in secreto Curiae archivo de quo in can. 379.

CAPUT VIII.

De tempore et loco celebrationis matrimonii.

CAN. 1108. — § 1. Matrimonium quolibet anni tempore contrahi potest.

§ 2. Sollemnis tantum nuptiarum benedictio vetatur a prima dominica Adventus usque ad diem Nativitatis Domini inclusive, et a feria IV Cinerum usque ad dominicam Paschatis inclusive.

§ 3. Ordinarii tamen locorum possunt, salvis legibus liturgicis, etiam praedictis temporibus eam permittere ex iusta causa, monitis sponsis ut a nimia pompa abstineant.

CAN. 1109. — § 1. Matrimonium inter catholicos celebretur in ecclesia paroeciali; in alia autem ecclesia vel oratorio sive publico sive semi-publico, non nisi de licentia Ordinarii loci vel parochi celebrari poterit.

§ 2. Matrimonium in aedibus privatis celebrari Ordinarii locorum in extraordinario tantum aliquo casu et accedente semper iusta ac rationabili causa permittere possunt; sed in ecclesiis vel oratoriis sive Seminarii sive religiosarum, Ordinarii id ne permittant, nisi urgente necessitate, ac opportunis adhibitis cautelis.

§ 3. Matrimonia vero inter partem catholicam et partem acatholicam extra ecclesiam celebrentur; quod si Ordinarius prudenter iudicet id servari non posse quin graviora oriantur mala, prudenti eius arbitrio committitur hac super re dispensare, firmo tamen praescripto can. 1102, § 2.

CAPUT IX.

De matrimonii effectibus.

CAN. 1110.—EX valido matrimonio enascitur inter coniuges vinculum natura sua perpetuum et exclusivum; matrimonium praeterea christianum coniugibus non ponentibus obicem gratiam confert.

CAN. 1111.—Utrique coniugi ab ipso matrimonii initio aequum ius et officium est quod attinet ad actus proprios conjugalis vitae.

CAN. 1112.—Nisi iure speciali aliud cautum sit, uxor, circa canonicos effectus, particeps efficitur status mariti.

CAN. 1113.—Parentes gravissima obligatione tenentur prolis educationem tum religiosam et moralem, tum physicam et civilem pro viribus curandi, et etiam temporali eorum bono providendi.

CAN. 1114.—Legitimi sunt filii concepti aut nati ex matrimonio valido vel putativo, nisi parentibus ob sollemnem professionem religiosam vel susceptum ordinem sacrum prohibitus tempore conceptionis fuerit usus matrimonii antea contracti.

CAN. 1115.—§ 1. Pater is est quem iustae nuptiae demonstrant, nisi evidentibus argumentis contrarium probetur.

§ 2. Legitimi praesumuntur filii qui nati sunt saltem post sex menses a die celebrati matrimonii, vel intra decem menses a die dissolutae vitae conjugalis.

CAN. 1116.—Per subsequens parentum matrimonium sive verum sive putativum, sive noviter contractum sive convalidatum, etiam non consummatum, legitima efficitur proles, dummodo parentes habiles exstiterint ad matrimonium inter se contrahendum tempore conceptionis, vel praegnationis, vel nativitatis.

CAN. 1117.—Filii legitimati per subsequens matri-

monium, ad effectus canonicos quod attinet, in omnibus aequiparantur legitimis, nisi aliud expresse cautum fuerit.

CAPUT X.

De separatione coniugum.

ART. I.—*De dissolutione vinculi.*

CAN. 1118.—Matrimonium validum ratum et consummatum nulla humana potestate nullaque causa, praeterquam morte, dissolvi potest.

CAN. 1119.—Matrimonium non consummatum inter baptizatos vel inter partem baptizatam et partem non baptizatam, dissolvitur tum ipso iure per sollemnem professionem religiosam, tum per dispensationem a Sede Apostolica ex iusta causa concessam, utraque parte rogante vel alterutra, etsi altera sit invita.

CAN. 1120.—§ 1. Legitimum inter non baptizatos matrimonium, licet consummatum, solvitur in favorem fidei ex privilegio Paulino.

§ 2. Hec privilegium non obtinet in matrimonio inter partem baptizatam et partem non baptizatam inito cum dispensatione ab impedimento disparitatis cultus.

CAN. 1121.—§ 1. Antequam coniux conversus et baptizatus novum matrimonium valide contrahat, debet, salvo praescripto can. 1125, partem non baptizatam interpellare:

1.º An velit et ipsa converti ac baptismum suscipere;

2.º An saltem velit secum cohabitare pacifice sine contumelia Creatoris.

§ 2. Hae interpellationes fieri semper debent, nisi Sedes Apostolica aliud declaraverit.

CAN. 1122.—§ 1. Interpellationes fiant regulariter,

forma saltem summaria et extraiudiciali, de auctoritate Ordinarii coniugis conversi, a quo Ordinario concedendae sunt quoque coniugi infideli, si quidem eas petierit, induciae ad deliberandum, eo tamen monito, fore ut, induciis inutiliter praeterlapsis, responsio praesumatur negativa.

§ 2. Interpellationes etiam privatim factae ab ipsa parte conversa, valent, imo sunt etiam licitae, si forma superius praescripta servari nequeat; hoc tamen in casu de ipsis, pro foro externo, constare debet duobus saltem testibus vel alio legitimo probationis modo.

CAN. 1123.—Si interpellationes ex declaratione Sedis Apostolicae omissae fuerint, aut si infidelis eisdem negative responderit expresse vel tacite, pars baptizata ius habet novas nuptias cum persona catholica contrahendi, nisi ipsa post baptismum dederit parti non baptizatae iustam discedendi causam.

CAN. 1124.—Coniux fidelis, licet post susceptum baptismum denuo matrimonialiter cum parte infideli vixerit, ius tamen novas celebrandi nuptias cum persona catholica non amittit, ideoque potest hoc iure uti, si coniux infidelis, mutata voluntate, postea discedat sine iusta causa, vel iam non cohabitet pacifice sine contumelia Creatoris.

CAN. 1125.—Ea quae matrimonium respiciunt in constitutionibus Pauli III *Altitudo*, 1 Iun. 1537; S. Pii V *Romani Pontificis*, 2 Aug. 1571; Gregorii XIII *Populis*, 25 Ian. 1585, quaeque pro peculiaribus locis scripta sunt, ad alias quoque regiones in eisdem adiunctis extenduntur.

CAN. 1126.—Vinculum prioris coniugii, in infidelitate contracti, tunc tantum solvitur, cum pars fidelis reapse novas nuptias valide iniverit.

CAN. 1127.—In re dubia privilegium fidei gaudet favore iuris.

Collationes in mensem Octobris.

1.^a

Ad quem spectat pias laicorum associationes erigere. A quo earum statuta examinanda et approbanda. Cuinam associationes bonorum administrationis debent quotannis rationem reddere. Utrum ex sua propria auctoritate possint eleemosynas colligere. Quinam a piis associationibus arcendi sunt. Ad quem spectat Moderatoris et Cappellani nominatio.

CASUS

Athanasius presbyter saecularis a superiore regulari confraternitatis SSmi. Rosarii Moderator fuit designatus et absque aliis formalitatibus illud munus recepit, sed nunc dubitat utrum absque Ordinarii sui licentia possit tale munus adimplere. Quid tibi videtur.

DE LITURGIA

Quando Patroni Principalis festum est transferendum et ad quem diem. Quid de eius octava in casu translationis. Quid faciendum cum festo 1.^{ae} classis quod Patroni festo cedere debeat.

2.^a

Quaenam associationum species in Ecclesia distinguantur. Quomodo a iure ordo praecedentiae inter eas stabilitur. In quibus conditionibus associationes debeant incedere ad hoc ut iure praecedentiae gaudeant. Quae confraternitates in Codice expresse commendantur. Utrum ex auctoritate propria insignia et indumenta specialia possint ab eis assumi, et in processionibus uti.

CASUS.

Cuiusdam associationis Cappellanus saepe saepius in eius conventibus tum in Ecclesia tum extra illam conciones sacras facit, nihil curans de Ordinarii ad hoc facultate, innixus in eo quod antea nihil aliud ad has concessionem requirebatur praeter approbationem ad praedicandum, et etiam in hoc quod ad Cappellani officium hoc pertineat. Sed nunc iam a te quaerit, quid in hac materia, et in his conditionibus sibi licitum sit.

DE LITURGIA

Quando Patronus officium proprium non habet quodnam assumendum. Quae commemorationes in Officio Patroni locum habeant. Quando translatio festi Patroni fit intra eius octavam, in qua die haec terminatur.



NECROLOGIA.

El día 4 de los corrientes falleció D. Florencio Gallego Natal, párroco de Santibáñez de Valdeiglesias, quien pertenecía a la Asociación Sacerdotal de Sufragios y tenía acreditado el cumplimiento de cargas. Hace el núm. 386.

También falleció el 28 del pasado mes de Agosto, en Madrid, el presbítero de esta diócesis de Astorga D. Rafael Vega Fernández.

Su S.^a Illma. se ha dignado conceder 50 días de indulgencia en sufragio de sus almas. R. I. P.

LLIGA DEL BON MOT.

La Dirección General de Obras Públicas, a instancias de la Lliga del Bon Mot, acaba de recordar a las Divisiones de ferrocarriles que velen por el exacto cumplimiento de los artículos 99 y 100 del vigente reglamento de policía de ferrocarriles, de 8 de septiembre de 1878, que dicen:—«Art. 99. No se permitirá la entrada en los coches a ninguna persona en estado de embriaguez, ni a la que lleve consigo armas de fuego cargadas, o paquetes que por su forma volumen o mal olor, puedan molestar a los viajeros». — «Art. 100. Los viajeros tienen derecho a que los empleados de las Empresas o del Gobierno *hagan salir del carruaje* a todo el que *por su falta de compostura, palabras o acciones*, ofenda al decoro de los demás, altere el orden establecido, o produzca disturbios o disgustos, como también a los que fumen en el carruaje destinado a los no fumadores».

Criterio es de la Lliga del Bon Mot acudir al terreno de la persuasión, pero, cuando por circunstancias especiales, no pueda usarse este medio, nada tiene que hacer de por sí el caballero, la señora, o el anciano que sea molestado, para verse libre de las procacidades o blasfemias; llame al revisor, o a cualquier empleado o Autoridad, formule su queja, que seguramente será atendida; y si no, al llegar a la primera estación pida el *Libro de Reclamaciones*, y formule la suya contra los que *no le hubieran atendido*.

Desde el Ministerio de Fomento ha sido recordado el *deber*; usen los ciudadanos el DERECHO que les asiste.